

172

ANALYSIS LOGICA
PROPHETÆ
NAHUMI.

Ubi tractatur locus communis
De
BELLO.

Ad Christianam *ouçitnac* in illustri schola Nassovica
Herbornensi proposita

à

GEORGIO PASORE, SACR.
literarum ibidem Professore ordinario.

Respondente

JOHANNE JACOBO NISNERO,
Nassovico Herbornensi, Sacr. liter.
studioso.

•§(:)•

HERBORNÆ NASSOVIORVM,
Ex officina typographica Christophori Corvini.

clo Io C XI.



REVERENDIS, ET DOCTIS-
MIS VIRIS:

Dn. GODEFRIDO CAPSIO,
Ecclesiae Dauberensis in Comita-
tu Ditzensi:

Dn. GEORGIO ANGELO,
Ecclesiae Anhusensis in Comitatu
Widensi:

Dn. JOHANNI URBANO
Ecclesiae Hatheimensis in Ducatu
Geldensi:

Pastoribus
vigilantissi-
mis.

*Mecenatibus & fautoribus suis disputationem
hanc dedicat & offert*

Respondens.

Oct
ANALYSIS LOGICA PRO.
PHETÆ NAHUMI.

I.

Sicut prophetæ hujus tria sunt capita, ita quoq; e-
jusdem argumentum tribus syllogismis princi-
palibus, quorum singuli continentur capitibus
singulis, absolvitur.

II. Syllogismi illi ita habent.

Syllog. 1. cap. 1.

Urbes sceleratae tandem à Deo evertuntur.

At Nineve est urbs scelerata.

Ergo tandem evertetur.

III. Syllog. 2. cap. 2.

Si Deus populi sui superbiam punivit, Nineven quoq; sceleratam est puniturus. At verum est illud. Ergo & hoc.

IV. Syllog. 3. cap. 3.

Si Deus No seu Alexandriam sceleratam delevit, Nineves conditione non est futura melior.

At verum est primum. Ergo & extreum.

V. Unde patet, scopum seu thema hujus prophetæ esse, denuntiare urbi Ninevæ excidium & πανολεθρίαν.

VI. C. i. §. i. Hic exprimitur thema; & excidium Nineves dicitur onus per metaph. Et prophetæ hujus seu libri visionis, causa administrata indicatur, Nahumus: qui à subj. nempe patriâ suâ describitur, quæ, ut Hieronymus prodidit, viculus fuit

in Galilaea. En Deus homine pagano & rustico utitur ad denuncian-
dum judicia sua superbissimis illis Ninevitis, magnis illis patritiis &
principibus!

VII. ¶.2.3.4.5.6 7. Propositionis syll: princip. primi loco hic
est prosyllogismus à natura & proprietatibus Dei. Et ferè idem
est hoc exordium cum appendice præcepti secundi, Exod.
20.v.5. ubi Deus sic ait: Ego enim sum Dominus Deus, zelotes, vin-
dicans peccata patrum &c.

VIII. ¶.3. prosyll. hunc explicat tali prolepsi: Deus quidem est
longanimus; verumtamen etiam justus. Quare pro immu-
tabili sua justitia non absolvet impios, sed ira ejus in tales ex-
ardescet; quæ ira hic à similibus declaratur.

IX. ¶.4.5.6. Potentiæ divinæ ampla est descriptio ab effectis.
Et hic propositionis prosyll. est à minori talis:

Deus potest mare compescere, arefacere, flumina exsiccare, ipsam
terram sedibus suis convellere & perdere. Ergo quanò
magis Nineven?

Antecedens est v. 4.5. Consequens v. 6.

X. ¶.7. Ejusdem propositionis illustratio à contrario. Deus
severissimè punit & coërcet hostes refractarios, gigantes il-
los θραύχεις, sed in tanto bellorum diluvio suos, qui ad ipsum
solum perfugium suum habent, agnoscit, eosq; omnipotenti
suo brachio tuetur.

XI. ¶.8.9.10. Conclusio hic est syllog: princip. i. Nineve fun-
ditus delebitur: quod excidium v.10. simili illustratur, videlicet
ut stipule à flamma facile & repente absumuntur: ita Nineve ab ira
Dei.

XII. ¶.11. Assumptio syll. princip. i. hic attingitur, quæ fuit,
Nineve est scelerata. Nam ex te prodiit cogitans malum &c. h.e.
Reges tui Pul, Sanherib &c. consultarunt de Ecclesia delen-
da, & varias contra illam machinati sunt clades.

XIII. ¶.12. Assumptio præcedens hic amplificatur, indica-

tione cause, cur Deus permiserit illam Assyriorum saevitiam in populum suum, videlicet gravissima populi peccata.

XIV. ¶.13. *Conclusio syll. principal.* 1. hic iteratur, illustrata à simili. Nunc fracturus sum lorum illius. h.e. O Israël, Assyrii te hactenus durissimā presserunt servitute: posthac verò non amplius te vexabunt. *Metaph.* est sumpta à loris, quibus jugum cornibus boum alligatur.

XV. ¶.14. *Conclusio syll. princip.* 1. hīc amplius illustratur à testimonio Dei, nec non amplificatur per partes numero tres, quarum prima est deletio stirpis regiae, aucta simili à latrone sumpto: secunda est idolorum deletio: tertia, hominum seu incolarum imperfectio.

XVI. ¶.15. Ejusdem *conclus.* illustratio à contrario. Ninevitis male erit: vobis verò, ô Israëlitæ, bene. Quare in tanta rerū humanarum confusione estote bono animo.

C A P. II.

XVII. *Syllogismus* secundus principalis à minori talis est:

Si Deus ultus est superbiam populi sui, multò magis animadvertis in Ninevitas.

At Deus ultus est superbiam populi sui. Ergo multò magis puniet Ninevitas.

XVIII. ¶.1. *Conclusio* hujus syll: præmittitur, illustrata à causa antegrediente, quæ est obsidio: nec non causa corruptente, quæ est Ninevitarum præparatio in munienda urbe, viis intercludendis &c. idq; *eservitwss.* q.d. propheta: *Frustra te, ô Nineve, oppones hostibus tuis.*

XIX. ¶.2. *Assumptio syll: princip:* 2. à causa administra & simili declaratur. Deus in puniendo Juda: (qui hīc nomine Jacobi intelligi videtur:) & Israële usus est crudelissimi Assyriis.

XX. ¶.3.4. Iteratur *conclusio* ¶.1. proposita, & excidi Nineves causa administra, videlicet exercitus Medorum & Scytharum describitur ab adjunctis armis, vestitu, curribus, nec non factis.

XXI. ¶ 5. Amplificatur excidium illud à causa corruptente,
videlicet studio Nineitarum in defendenda urbe.

XXII. ¶ 6. Amplificatur hinc amplius excidiū à distributione.

XXIII. ¶ 7. 9. Forma illius excidii admodum horribilis &
deformis connotatur, duobus similibus auctorata. Voce querulâ imi-
tabuntur columbas: & peccatoria cœtu tympana plangent.

XXIV. ¶ 8. Eiusdem excidii amplificatio à contrario, vide-
licet pristinâ Nineves felicitate, quæ significatur similitudine
piscinæ.

XXV. ¶ 10. Eventa excidii illius annectuntur, quæ sunt (1)
extrema loci illius vastitas. (2) personarum seu incolarum
miserabilis conditio. (3.) ¶ 11. 12. Eorundem luctus, deflenti-
um Nineves ruinam, & interitum, per comparisonem ejus dis-
similem, cum præteritâ Nineitarum gloria, amplitudine, fre-
quentiâ & vitâ licentiosissimâ.

XXVI. ¶ 13. Excidiī illius causa prima πειθώσις οὐρανοῦ subjicitur.
Deus ipse judicium hoc totum, quantumcunque fuit, sibi ut
causa principali vendicat.

C A P. III.

XXVII. Repetitur hinc assumptio syll. princip. 1. cum conclusio-
ne, usque ad ¶ 8. Deinde à ¶ 8. usque ad finem syllogismo tertio prin-
cipiali prophetiam hanc Nahumus concludit.

XXVIII. ¶ 1. Catalogum scelerum, quorum Nineve rea fuit,
hic exponit propheta. Et primò narrantur peccata in tabu-
lam Decalogi secundam: (1) cædes, (2) mendacium, fraudes,
(3) rapinæ. Pertinent itaque hæc ad assumptionem.

XXIX. ¶ 2. 3. Conclusio syllog: princip: primi hinc declaratur à
causa efficiente, videlicet: direktoribus, & formâ seu modo agendi.
Expugnatio Nineves subita erit & horrenda. Milites obvios
quosque sine sexus aut ætatis discrimine, contrucidabunt, re-
plebunt urbem cadaveribus &c.

XXX. ¶ 4. Peccata Ninevæ in primam tabulam decalogi
commemorantur, quæ fuerunt, (1) scortatio spiritualis cum
idolis, (2) seductio aliarum gentium. Hæc itaq; ad *assumpt: syl:*
i. quoq; pertinent.

XXXI. ¶ 5. Excidii Nineves, de quo ¶ 2. hujus cap: *eventa*
duo hic subjunguntur, quorum alterum ex altero consecu-
tum est. (1) Extrema confusio & despectus Ninevitaum,
propositus *similitudine* geminâ, petitâ à muliere, cuius nuditas
& pudenda aliis præbetur conspicienda: nec non *speculo* ¶ 6.
U: i speculum rei speciem exhibet: ita Nineve diruta & solo adæquata
sempiternum iræ divinae speculum est futura.

XXXII. ¶ 7. (2) hospitum prætereuntium fuga oculos aver-
tent, ne tantam turpitudinem intueri cogantur.

XXXIII. ¶ 8. Sequitur hic *syllogismus tertius principal: à pari*
exemplo, eversionis No, seu Alexandriae, talis:

Si Deus Nō, h.e. Alexandriam evertit, Nineves quoq; conditio
melior non erit. At verum est illud. Ergo & hoc.

XXXIV. Loco propositionis est *prosyllogismus* ¶ 8 talis:
Nō urbs fuit munitissima. Ergo si hanc Deus delavit, te quoq; fa-
cile delere poterit.

Assumptio est ¶ 10. *Conclusio est* ¶ 11. 12.

XXXV. Porrò urbis No *descriptio*, quæ ad *prosyl: propos: per-*
tinet, notetur ab effecto, subj: loco, canis conservantibus, &c adj:
excidio.

XXXVI. *Effectum* ejus indicatur, dum dicitur, *וְמִזְבֵּחַ*, h.e.
nutritia. Fuit n. communis cella penuaria vicinarum gen-
tium.

Subj: locus erat naturâ munitissimus, sita erat in mari, quod
ei fuit pro vallo & mœnibus.

Cause ejus conservantes indicantur ¶ 9. nempe *Æthiopia,*
Ægyptus, Putæi & Libyes.

¶ 10. *Excidium* urbis No *per partes* exaggeratur.

XXXVII. Descriptio hæc tacitam quoq; prolepsin continet, quâ respondetur illis, qui munitiones & potentiam Nineves, tanquam urbis inexpugnabilis, prætendebant. Deus No munitissimam & opulentissimam urbem evertit. Ergo Nineve fru stra nititur propugnaculis, copiis & divitis suis.

XXXVIII. ¶ 11 Conclusio syll: princip: 3. repetitur; & calamitates Ninevæ per partes explicantur. (1) tu inebriaberis calice iræ divinæ. (2) Eris latitans, h. e. abscondes & abdeste. תְּהִי נָהָלָמָה thehí nahalamáh. (3) munitiones tuæ ad votum obsidentium concident: quæ expugnatio amplificatur præterea simili à sicubus (¶ 12:) Et causa procreante, quæ est pusillanimitas Ninevarum (¶ 13.) nec non causa corrum pente ἀγωνίας opposita ¶ 14. & forma ¶ 15. itemq; comparatio ne disimili Ninevarum præteriorum & præsentium.

XXXIX. Disimilitudinis hujus περιστοις est ¶ 16. 17. ανταπόστοις verò v. 18. 19. Sensus ejus est: Non ut olim Nineve fuit populosissima, florentissima, omnibusq; populis admirationi: ita nunc quoq; se habebit. Nam potius de Nineves interitu, quippe à cuius tyrannide nulla gens immunis fuit, sibi cuncti gratulabuntur, & gaudebunt istum tyrannorum nidum, seu illud leonum latibulum (uti vocatur ¶ 11. c. 2:) nunc prorsus esse destructum.

Collatio versionum, de qua ex ipsis fontibus seu lingue Hebreæ fundementis disserere libet.

XL. ¶ 3 c. 1. וְנַחֲתָה לֹא יָבֹה וְנַחֲתָה וְנַחֲתָה venakkéh lojonakkéh. F. J. Sedullo pacto nō absolvit M. Luth: für welchem niemand uns huldig ist. Sanctes Pagn. Mundando non mundabit. D. Pisc. Und helt den schuldigen mit nichts für unschuldig. Hanc præferimus, & supplementū illud, den schuldigen / ad exprimendum sensum necessarium putamus. Luth: verò nimis generaliter hæc ver tit. Nam licet nemo coram Deo innocens sit, tamen id hic non innuitur.

XLI. Ibidem M.L. Und vnder sein füssen dicker staub. Hebræa aliter habent וְעַנְזָה אֶבְרָגָלִי, vahanán abák raglāu, hoc est, & nubes pulvis pedum ejus est, ut vertit F.J. & Dn.J.P. Itemq; Sanctes Pagninus & LXX. όνεφέλαιον κονιορτός ποδῶν ἀντεῖ.

XLII. ¶ 5.c.1. הארץ מפנין ותוהשׁ vaththiṣá, haáretz. mippánáu. Sanctes Pagninus hæc sic vertit: Exustaq, est terra à facie ejus. Fr.J. Conflagratq, terra à conspectu ejus. LXX. οὐαὶ σάλπη γῆ τοῦ φωστήρος, hoc est, & remota est terra à facie ejus. M.L. Die erd betet für ihm. Dn.J.Pisc. Die erd wird hinweg genommen für ihm. Hanc postremam à LXX. etiam usurpatam cæteris præferimus. נָשָׂא enim non est exurere, conflagrare aut tremere, sed aufstre, removere.

XLIII. ¶ 6.c.1. הַמֹּתֵר בְּחַבָּה כַּאֲשֶׁר, hhamathó nittecháh caésh. S.P. Ira ejus effusa est sicut ignis. Fr.Jun. Excandescensia ejus funditur velut ignis. M.L. Sein zorn brennet wie feuer. D.Joh. Piscat. Sein zorn treuist wie feür. Versio Gallica Genevensis, Sa fureur s'espand comme un feu, h.e. furor ejus se extendit instar ignis. LXX. sensum quidem reddiderunt, sed ab Hebrais verbis deflexerunt, hæc ita redditentes; όνεφέλαιον κονιορτός, hoc est, furor ejus liquefacit principatus. Versiones illas omnes facilè inter se conciliari posse putamus. נָתַח nathach in Cal & nittach in Niphal utrobique est effundi, diffundi. Confer Jer. 7. ¶ 20.

XLIV. ¶ 7.c.1. לְמַיעַן lemahós. Fr.J. robori est Jehova, malum cum Dn.Joh.Piscatore, Dominus est propugnaculum. LXX. hanc vocem omiserunt.

XLV. ¶ 12.c.1. Versionem Fr.J. & Dn.J.Pisc. versionibus S.P. & M.L. præferimus. LXX. ab Hebræo textu planè discesserunt.

XLVI. ¶ 2.c.2. בְּשֵׁב יְהוָה אָתָּה—גְּאוֹן CischábJehová, et b-geón. Verba hæc cum Dn.J.Pisc. vertimus, Dann der JEHOVA hat die hoffart Jacobs abgewandt. LXX. οὐαὶ ἀπειράτη κύριος τῶν ὑστερών &c.

Lutherus sensum eundem expressit. A versione verò Fr.J.hic dissentimus.

XLVII. ¶ 5.c.2. *bahalichathám*, vel *bahalichothám*.
F.J. in ambulatione eorum, malumus cum M.L. & J.P. in evasione sua, seu fuga sua, quâ elabi conabantur. LXX. εν τῷ πορείᾳ ἀντὼν.

XLVIII. ¶ 7.c.2. מוחפְּפָה עַל־לִבְבֵן *met hophephóth hal-libbebehén*. Fr.Jun. Tympana pulsant ex animo suo. Vulgata versio: murmurantes in cordibus suis. Sed Sanctis P.M. Luth. & Dn.J.P. versiones præferimus, qui vertunt: percutientes pectora sua, seu tudentes supra pectora sua: *Die werden an ihr brust schlagen*. Heb. Sie werden auf ihren herzen trummen.

XLIX. c. 3. ¶ 6. וְשָׁמֹחֲרֵךְ בְּוֹאֵר *vesamtich cerói*. LXX. δισομαι σε εἰς τὸ δέρμα. Vulgata versio: ponam te in exemplum. Sanctes Pagninus: Ponamq; te tanquam inquinamentum. M.L. Ich wil ein scheusal aus dir machen. Fr.J. Disponam te in speculum. J.Pisc. Ich wil dich machen wie ein spiegel. Hanc amplectimur: Ich wil dich machen zu eim spiegel. Hebr. Wie ein spiegel רָאֵר *rói* dicitur à רָאָה *raáh*, sicut εἰσοδος πόρος τὸ εἰσόπεδον שׂוֹם *sum* plerumq; accipitur pro redigere. Ponam te ut speculum, hoc est, redigam te in speculum. Confer Psal. 79. ¶ 1.

L. ¶ 8.c.3. הַחֲזִיבְרִי מִנֶּא אָמוֹן *hahetebí min-Nò Amón?* Fr.J. An melius tibi esset quam No nutritie? M.L. Meynsiu du secessi besser/dann die statt No der regenten. LXX. ab Hebræis planè discesserunt. F.J. & Dn.J.P. versionem hic sequimur. Amón est ab אָמוֹן *amán*, quod quandoq; idem est, quod *educare, nutrire*: pro regere nusquam quod sciamus, accipitur.

L.I. ¶ 19.c.3. אַיִן כְּהָה לְשִׁבְרוֹ *En Ceháh leschibrécha*. LXX verba haec clare expresserunt: εκ τούτου τῷ οὐλεῖτῇ σε. Vox כְּהָה *Ceháh* significat contractionem vel curationem. Vulnus enim cum contrahitur, curatur & sanatur. M.L. hic à textu Hebraeo paululùm discessit.

Locis:

LOCUS COMMUNIS

De Bello.

LII. *Causa efficiens principalis belli est Deus.* v. 11. 12. 13. 14.
c. 1. v. 13. c. 2. v. 5. 6. c. 3. Confer Jerem. 4. v. 27. 28. & 34. v. 2.
3. 4. 5. Hinc extant Dei Leges de bello, Deut. 20.

LIII. *Sine mandato Dei, qui se Dominum exercituum*
passim appellat (v. 14. c. 1. & v. 13. c. 2. & v. 5. c. 3.) *bella nullae geruntur.* Similia dicta legi Thren. 3. v. 37. Amos 3. v. 6. Esa. 10.
v. 5. 6. Exod 15 v. 3. Joël. 3. v. 7. 8. 9. *Arcana Dei gubernatio est*
quasi mandatum.

LIV. *Quare victoria Deo, ut causæ principali, est adscribenda,* qui iis, quos bello punire constituit, consilium & sapientiam adimit; qui eos scotomate percutit & perplexos reddit, adeò ut etiam in re clarâ palpitant, cæcutiant & tandem cadant, v. 10. c. 1. *Hic est qui heroës bellicosos effemina*
nat, animum & robur iis adimit, v. 13. c. 3. *Contrà verò idem*
est, qui opilionem ita docuit bellare (Psal. 18. v. 35. 40) *ut nullus heroum ei par fuerit.*

LV. *Causa ægypciæ est justitia Dei, de qua vide v. 3. cap. 1.*
Confer Exod. 23. v. 7. Et hæc Dei justitia manifesta est, vel occulta. Manifesta appetet in pœnis adultorum: occulta in infantum adhuc in cunis jacentium cædibus, c. 1. v. 14. Confer 1. Sam. 15. v. 3. Ejusmodi ætati, quæ discrimen inter dextram & sinistram nondum intelligit, respectu Dei non fit injuria. *Iustus enim est Deus & rectus judiciis suis,* Psal. 119. v. 137.

LVI. *Causæ ægypciæ seu impellentes sunt atrocissima hominum peccata, quorum hic commemoratur varia:* (1) blasphemia, v. 9. 11. c. 1. (2) scortatio spiritualis cum idolis, v. 4. c. 3. (3) seduictio aliarum gentium, v. 4. c. 3. (4) Principum in rusticos aliosq; imbellies homines sævitia, v. 12. c. 2. (5) cædes

innocentum, v. i. cap. 3. (6) Mendacium, fraudes, v. i. cap. 3.
(7) rapina, v. 12. c. 2 & v. 1. 19. c. 3. (8) superbia, v. 2. c. 2.

LVII. Instrumenta Dei sunt milites & heroës bellicosí,
quos Deus robore accingit (Psalm. 18. v. 35.) de quibus, v. i. 3.
4. c. 2. Confer Esa 10. v. 5. 15. Deus bellum adversus Nineven
prædictit per Nahum, v. 1 cap. 1. &c. Deinde idem Deus
mandavit (v. 14. cap. 1) hostibus (v. 14. c. 2.) ut ascenderent &
funditus perderent Nineven. Hinc gladius hostium dicitur
gladius Dei, Jerem. 47. v. 6.

LVIII. Finis bellorum est gloria Dei, v. 15. c. 1. partim ut
electi Deo rependant vota pro liberatione & conserva-
tione in ipsis bellis, v. 7. c. 1. partim, ut omnes gentes Dei co-
gnoscant justitiam, potentiam & sapientiam, eamque prædi-
cent, v. 5. 6. 7. cap. 3. Confer Ezech. 28. v. 20. 23. 24. & 26.
Esa 37. v. 20.

LIX. Effecta bellorum, quæ hic recensentur & à Deo præ-
dicuntur, sunt (1) idololatrarum consternatio, anxietas, v. 10.
c. 1. (2) idolorum deletio, v. 14. cap. 1. (3) ipsorum incolarum
quibus Deus irascitur (v. 2. c. 1.) strages & laniena miserabilis,
nullo atatis aut sexus habito discrimine, v. 10. c. 3 & v. 3. c. 3.
(4) Deportatio v. 7. c. 2 & v. 10. c. 3. (5) vastitas & depopula-
tio horrenda, v. 9. 10. 13. c. 2. (6) urbium & regnum floren-
tissimorum excidium, v. 7. 8. 19. cap. 3. (7) Deriso & confusio
victorum, v. 5. 6. 19. c. 3. (8) vexatio eorundem, v. 10. c. 3.

LX. Disentanea. Propugnacula adversus vim bellorum ni-
hil valent, Deo irascente, v. 8. 14. c. 3. v. 1. c. 2. Frustra excubias
homo agit, hosti vias intercludit, sociorum auxilium implo-
rat, Deo illi adversante, v. 9. c. 3. Omnes hominum vires col-
latæ cum Dei potentia sunt ipsa vaniores, v. 5. cap. 1.
Confer Esa 40. v. 15. 16. Jerem. 51. v. 53. O igitur verè miseros, qui
bella gerunt adversus eum, in quo sunt, vivunt & moventur! v. 9. II.
cap. 1. Et rectè poëta dixit:

*Nil ita sublime est, supraq; pericula tendit,
Non sit ut inferius, suppositumq; Deo.*

LXI. *Similia.* Bella comparantur cum onere, v. 5. c. 1. cum igni, v. 15. 19. c. 3. tenebris, inundatione seu diluvio. v. 8. cap. 1. Gladius cum melolôtha, v. 15. c. 3. Currus illi falcati cum tædis ardentibus & fulguribus, v. 4. c. 2. Et sanè tonitruis & fulminibus nihil similius est, tormentorum bellicorum, quibus nunc utimur, explosione, Ezech. 17. v. 20. Comparatur bellum cum reti, sagena &c. milites cum venatoribus, piscatoribus, Jerem. 16. v. 17.

LXII. *Definitio.* Hinc patet, bellum nihil aliud esse, quam vindictæ divinæ exsecutionem, quæ fit armatâ exercitus manus. Vel, bellum esse afflictionem Dei, v. 12. c. 1.) irascentis peccatoribus (v. 6. c. 1.) hominesq; impios & ministros ulciscentis (v. 1. c. 1.) armatâ hominum manu, v. 1. 3. c. 2.

Doctrinae specialiores.

LXIII. Bello exscinduntur gentes, v. 15. cap. 3 & v. 13. c. 2. aut saltem tondentur, v. 12. c. 1. Ideoq; verè moles dicitur, v. 1. c. 1. Quatuor iræ divinæ flagella ab Ezechiele (cap. 14. v. 21.) percensentur, quorum gravissimum est bellum.

LXIV. cap. 1 v. 3. Deus est longanimus & omnibus resipiscientibus ignoscit. Nineve hujus rei testis est, quæ resipiscens (Jonæ 3.) & concioni Jonæ obsequens, conservata fuit. Sed cum felici rerum successu ebria ad vomitum rediret, excusso timore Domini, vicinisq; populis insultaret, tandem funditus deleta est.

LXV. c. 1. v. 6. *Coram ejus indignatione quis consistat?* Moles iræ divinæ tanta est, ut eam sustinere nulla creatura possit. Quare agamus Deo gratias, qui onus iræ suæ adversus nos, conjectit in proprium Filium, Dominum nostrum Jesum Christum, atq; itanos ab ista mole liberavit.

LXVI. cap. i. v. 7. Solus Deus piorum propugnaculum & asylum est inexpugnabile. Confer Proverb. 18. v. 10. Psal. 18. v. 3. Psal. 59. v. 10. Psal. 90. v. 1. Ideoq; vere urbis munitiones sunt pii, & innocentes cives, viduarum piarum preces, quippe à quorum partibus stat Deus ipse, & quibus est pro muro igneo, Zach. 2. v. 9. Confer Genes. 18. v. 23. & deinceps, Jonæ 3. & 4. cap.

LXVII. cap. i. v. 9. En qui Ecclesiam persequitur, contra ipsum Deum mala cogitat! Sic Daniel. 8. v. 25 Epiphanes seu potius Epimanes, quia in populum Dei sæviebat, principi principum, hoc est, ipsi Deo dicebatur obfistere. Et Dominus noster Jesus Christus ipse ita Saulem in clamat: Actor. 9. Saul, Saul, cur me persequeris? Confer Esa. 37. v. 23. Zach. 2. v. 12. Qui tangit vos, tangit pupillam oculi ipsius.

LXVIII. cap. i. v. 12. Deus etiam populum suum, quando obstinatum sc & refractarium præbet, bellis edomare solet & castigare.

LXIX. cap. i. v. 12. Deus par pari refert. Assyrii Judæam vastaverant, & illi vicissim ab aliis vastatoribus eadem & majora passi sunt mala. Confer Jerem. 30. v. 16. & Sapient. 11. v. 17. Deus tandem virgam, quâ suos castigavit, in ignem abjecit Esa 33. v. 1. Væ tibi qui spoliás, quoniam spoliaberis ipse.

LXX. cap. i. v. 15. Dies festi tribuendi sunt non luxui, chœris, ludis, aliisq; id genus nugis, sed auditioni verbi divini, catechisationi, visitationi pauperum, captivorum, ægrotorum &c. meditationi beneficiorum Dei erga nos, & publicis precibus.

LXXI. cap. 2. v. 8. & cap 3. v. 8. 16. Varia est rerum humanae vicissitudo. Ita Dei providentia eas rotat, ut summa repente imma, & contrà appareant. Confer Esa. 22. v. 18. Judic. 1. v. 7. Historia memorabilis de rege Sesostri legatur libr. 3. Chron. Carionis. Quare nemo alterum despiciat, memor illius: Hodie mihi, cras tibi, Eccles 38. v. 23.

LXXII. c. 3.


8

LXXII. cap. 3. v. 4. Nineve, quæ h̄ic cum speciosa & blan-
dâ meretrice comparatur, est viva Babylonis Europicæ, urbis
illius ἡχόντις ἐπανεφαλὰς (ut loquitur Johannes, Apoc. 17. v. 9.)
imago. Ut Nineve pœnas dedit scortationis suæ: ita quām
verè Deus justus est & zelotes, Babylon illa, impletâ
mensurâ scortationum suarum, fun-
ditus quoq; delebitur.

F I N I S.

Πάντη δέξα Θεώ.







uæ h̄c cum speciosa & blan-
a Babylonis Europicæ, urbis
ur Johannes, Apoc. 17. v. 9.)
t scortationis suæ: ita quām
es, Babylon illa, impletâ
um suarum, fun-
celebitur.

I. S.

¶. Oeñ.